

- Te cecidisse gemens et queque superflua demens
 Sis bonus et clemens turgida membra premens!
 2135 Te semper vehemens dolor urgeat ob mala, que mens
 Conceptit demens; suffer et esto tremens!
- Aufer honus prisce macule, flens et resipisce!
 Perpetuam glisce vitam, bene vivere disce!
- Quidquid obest¹ adimens caveat discreta mori mens
 2140 Peccatum perimens, spe comitante timens.
- Ad deceptricem non accedas meretricem!
 Commaculatricem tangere sperne picem!
- Vestis amans cultum, promptissima pingere² vultum,
 Stulta sequens stultum nocet uxor adultera multum.
- 2145 Hiis qui sunt casti requiem³, pie Christe, parasti!
⁴
- Corde dole tristi, quia lapsus es et cecidisti,
 Gracia te Christi vocitat, quam deseruisti.
- Si sapiens esses, prelatis sponte subesses;
 2150 Multum prodesse, bona si faceres nec obesses.
- Collige — ne cesses — estivo tempore messes
 Tu tibi⁵ prodesse, aliis quoque, si probus esses.
- Cura malum nolle tua sit, nec tangere molle!
 Arma precum tolle! virtutum lumine polle!
- 2155 Crebro delinquis⁶, tua nec peccata relinquis⁶:
 Dimittes, inquis⁶, penis cruciande, propinquis⁶!
- Quidquid contingat, tua menbra⁷ modestia cingat!
 Linguam restringat, ut non mendacia fingat.
- 2160 Dum potes, evade fugiens a perpete clade!
 In lacrimando made⁸! celer ad celestia vade

S. 30. In vectio contra usurarios.

- 828 Est dolus usura, quam damnant optima iura;
 Est anime funus fenus, damnabile munus.
- 830 Ducit ad involucrum funestum fenebre⁹ lucrum.

1) Aus 'abest' korr. 2) Das zweite e auf Rasur. 3) Aus 'regem' korr. durch Radieren und übergeschriebenes i. 4) Da der ganze Abschnitt aus Verspaaren besteht, muss hier eine Zeile ausgefallen sein. 5) 'tibi' auf doppelt so grosser Rasur. 6) '-mq-' an allen vier Stellen. 7) 'mbra' über der Zeile zugefügt. 8) '-o made' auf Rasur. 9) Aus 'funebre' korr.